

*Judicis ut partes, sacri pars magna Senatus,
Impositas tulerit, non sine laude, boni.*

*Consulis officium suscepit deniq;: ritè
Quod commisit ei provida cura Patrum.*

*Si produxisset Deus ipsi stamina vite,
Res patriæ fractas asservisset ope.*

*Hoc Astræa dolet. Tu, cui lex, juraq; cordi,
Ingeme, dicq;: levis sit viro arena bono.*

ANTONIUS Schmidt.

AH! vel sextuplices mitti nunc audio planctus!
Et toties Echo fletu iterante gemit!

Urbs flet, flent Cives, flet Curia, fletq; Marita

RICHTERI, Nati flent, flet & ipsa domus

Omen triste, nisi fallor: sed, quod tamen optem,
Non fallor; nimium triste quid omen habet.

Urbs etenim privata suo est tutamine: Civis

Præsides: Justitiæ Consule sacra domus:

RICHTERIANA suo viduata Marita Marito:

Dilecto Nati Patre, domus Domino.

Jova juva, pro sextuplici millena dolore

Sentiat hæc Hectas gaudia! Jova juva!

Georgius Neuman/ G. L.

Πρὸς τὸν ἐν ἀγίοις.

Mνηστὸς ἀνθρώπων φείδεσθαι μοῖραν: ἔστι

Δῆλον, ἢ εἴτε γέρων, ἢ νεανίσκος ἀνὴρ.

ἢ νεκρὸν πρέπει ἐν ἐπικλαίειν ἀνδρὰ ἀσώτως:

ἤτοι γὰρ βουλὴ καλὴ ἔστι Θεοῦ.

Β

Ἐκφρα-